



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Bonifacivs Ep. Mart. 19. Iunii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

VN.
cin
enti
orta
mi
obis
xcu

tua
oris
gno
uid
ent.
Deo
cru
vero
ON
nnæ
timè
pen
satis
nisi
non
aria
con
uti
san
ces
par
tum
udi
iste
cium

19.IVN. *Vita Sanctorum.* 339
rium virtutis: neque enim quemquam postea puduit tot cælestis sapientia insignia circumferentem, prospicientem futura, familiarem Angelis consulere, aut audire monentem. Viri Principes agendas illi suas apud Superos causas detulere, certa spe victoria, si patrocinium suscepisset. Et hoc tantum orbis miraculum anno MDV. terras deseruit, ne queri quisquam possit, nullam nostro ævo magnam virtutem gigni. Quid vis? an ulli Deus invidet suam crucem? sed nos delicati humeros subducimus. Ex Phil. Fer.

S. BONIFACIVS EP. MART.
19. Junii.

Fuit BONIFACIVS Ottoni Imp. sanguine, plus amicitia junctus, quæ quidem tanta inter illos erat, ut cum familiariter illum hic compellaret, animam suam identidem diceret. Liberalibus artibus omnibus, musicis præcipue instructus, dum modulos in æde cognominis sibi D. BONIFACII instruit, cœlesti Numine repente afflatus, heus! exclamat, quid vanam ego nominis umbram gero; quid Martyris titulum circumfero, si non victorias etiam & palmas? Superos restor, & cognominem Divum, aut non dicar BONIFACIVS, auctor ero. simul ad monasterium abiit Martyrii tyrocinia positurus. Avelli Ottoni

Y 2

ani-



340 *Vite Sanctorum.* 19.IV.
animam suam vidisses. At ille bis tan-
tum in septimanâ cibum capiens cre-
brò interim corpus in vepres abjiciens
ad martyrum patientiam se durabat.
Post Romanum profectus, & Archiepisco-
patus honore mactatus, & jam ad pur-
puram aspirare ausus, in Russiam abiit.
Ibi post multa ludibria rex cum Divo
ita paciscitur. Si rogos geminos, qui
juncti flamas sociarent, illæsus per-
ambularet, tum sese etiam in Christiano-
rum sententiam pedibus ambulatu-
rum. Dictum, factum. BONIFACIUS
per rogum, rex ad partes Catholicorum
transit. Ad regis porrò exemplum in-
numera multitudo confluxit. Mox sua
laborem præmia secuta. BONIFACIUS
à germano Regis, capite truncatus no-
mini denique suo satisfecit. Ex Pet.
Damiano ap. Sur. in vitâ S. Romualdi.

S. ROMVALDVS AB. 19.Iunii.

Spectator fortè ROMVALDVS ad-
fuit, cùm parens duello germanum
suum sustulit. Itaque cum animo suo
putans censuit, quod pater manu, hoc
se oculis parricidium perpetrasset. Qua-
re ad noxam expiandam, concedere ad
aliquod tempus in cœnobium statuit.
Sed familiaritate cœnobitæ, nescio cu-
jus, & aspectu è cœlo semel iterumque
ad se venientis D. Apollinaris captus,
pedem, ne sèpius offendere, nunquam
jam